

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Chorus Musarum Divino Apollini Accinentium Sive Sex
Missae**

Caldara, Antonio

Bambergae, 1748

Ad Lectorem Musicum

urn:nbn:de:bsz:31-38524




AD LECTOREM MUSICUM.

Ne mireris, amice Lector, Opus prodire in publicum, quod nonnisi in
arcanis Principum Adytis tanquam pretiosum recondi Cimelion oportet;
Quis enim Lumen abscondit sub Modio? Quis Solem Orbi illustrando datum ad unius Urbis Angustias alligabit? Itá injuriosus forem piis Celeberrimi D. CALDARÆ Manibus, qui uti in Augusta CAROLI VI gloriosissimæ Memoræ Aula Chori Musici Vice-ut vocant, Director, itá in Cælo Musico primæ Magnitudinis Sidus quondam extitit, si Partum Authori suo tam gloriosum, in Sortem veró pupillarem conjectum, in quo mira cum Arte Suavitas ex æquo certat, ingratas ad Tenebras damnarem; injuriosus quoque Ecclesiæ Splendori, Cultuique Divino, cui illustres hos Radios avara Manu subtraherem. Ad majorem igitur DEI in Chordis & Organo laudandi Gloriam, & Sacræ Officiorum Divinorum Ministræ, Artis Musicæ Incrementum prodit CHORUS MUSARUM DIVINO APOLLINI ACCINENTIUM, sive SEX MISSÆ SELECTISSIMÆ á quatuor Vocibus, Quinque priores cum Tubis, & tres cum Tympanis, sexta cum Cornibus, quarum quinque Præfatum D. CALDARA Authorem habent, una veró in Ordine tertiam cum

sum, cujus sumptibus totum hoc Opus editum est, Compositorem. Erit hoc, uti non dubito, omnibus Musicae Peritis & Fautoribus gratum perinde, ac, discipulis in primis, tanto utilius, quanto magis non speciosa quidem Verba, sed Rei ipsius singulare quoddam Artificium semet Commendabit. Si quantuluscunque Conatus hic meus Lectori Musico arridebit, plures etiam Missae, Vesperae, & aliae erunt ad ejus obsequia, omnia vero

AD MAJOREM DEI GLORIAM.



INDEX MISSARUM

I. MISSA ex C.	á 4. Voc. 2. Violin. & Organo oblig. 2. Clarin. &
II. MISSA ex D. dur.	á 4. Voc. 2. Violin. & Organo oblig.) Tympanis
III. MISSA ex C.	á 4. Voc. 2. Violin. & Organo oblig. non necess.
IV. MISSA ex D. dur.	á 4. Voc. 2. Violin. & Organo oblig.) 2. Clarin.
V. MISSA ex B.	á 4. Voc. 2. Violin. & Organo oblig.) non oblig.
VI. MISSA ex G. dur.	á 4. Voc. 2. Violin. & Org. oblig. 2. Corn. non. obl.

